



Kern 86
(1-54; a-g)

INDEX LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI clō locc l

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
IOANNE IOACHIMO LANGIO,
MATHEMATVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, NEC NON
ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM ET REGIAE
SCIENTIARVM PORVSSICAE MEMERO.



P. P. die xxviii. Mart. MDCCCL.

Halae Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice hor. vii. mat. *Mathesim puram* demonstrabit. *Privatim* autem hor. i. *Physicam dogmatico-experimentalem* explicabit, & hor. iiii. *Chemiæ dogmaticam* exponet. *Experimentis & operationibus chemicis* peculiaries horae vesperinae destinabuntur. Ceterum & iis inferuire studebit, qui ad *speciosissimam applicationem Matheos, Physicæ & Chemiæ ad utilitates & commoda vitæ communis* manduci cupiunt. Inicium lectionum erit die iv. Maii.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, hor. ix. mat. absolutis praelectionibus in Institutiones Iuris Naturæ & Gentium *Logicam* explicabit, gentinam methodum scientificam explanaturus & illius multiplicem usum ostensurus. A meridie, hor. iiii. *Philosophiam moralem* ex genuinis principiis tam quoad theoriam, quam praxin, demonstrabit. Nec deerit votis eorum, si qui in aliis operam suam privatissime desiderauerint.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE *Institutiones Iustinianæ* ad filium *Elementorum HEINECCI* Hora xi. *Pandectas Ludovicianas* vero Hora x. & ii. interpretabitur. Nec iis deerit, qui Collegium *Practicum relatorum* efflagitarunt. Quem in finem *principia artis relatorie* typis excubri curabit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS post epistolam ad Romanos cum illa imprimis convenientem Pauli ad Galatas interpretabitur; praelectiones *pastorales* in B. KORTHOLTI *Pastorem fidelem* additurus. Praeterea in *posteriori* ad Corinthios & ad *Philippenses* Pauli epistolis declarandis & ad vsus ministerii ecclesiastici & vitæ Christianæ adplicandis horis paraceticis & asceticis porro perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publice hora iiii. *Introductionem historico-criticam*, ad ductum libri a Filio suo edici, sub tit. *Eimleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes*, dabit: privatim vero hora ix. difficiliore libros, Iobum & Apocalypsin Ioannis, illum prioribus hebdomadae diebus ex Ebraicis, hanc posterioribus ex Graecis, interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. hor. viii. *theologiam dogmaticam* & hor. xi. *antibeticam* explicabit; publice hor. iiii. *notitiam literariam* librorum theologiorum, quae typis excubitur, illustrabit; privatissimas praeterea scholas disputatorias & exegeticas continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG tradet *Historiam ecclesiasticam recentiore*, inde a saeculo XVI. versabitur in explicatione *Psalmodum* ex sermone hebraico; habebit etiam scholam *Ysagogicam*, in praesenti, fundamenti loco, b. FRANCKII libro de *Methodo studii theologicæ* vturus.

IO. GEORGIUS KNAPP primo *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur hor. vii. matutina. Deinde hor. x. *scholas hermeneutico-exegeticas* aperiet: in quibus tradenda interpretationis praecepta ad vsum transferet; librum aliquem biblicum explanando. Denique die Domini perget in *tractatione ascetica epistolae posterioris ad Timotheum* hor. v. vespertina.

IVRIDICAE.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora ix. sex per hebdomadam diebus, HEINECCI *elementa iuris civilis, secundum ordinem institutionum adornata*, omni fide atque industria, docebit. *Privatim* autem, hora xi. v. c. io. IAC. MASCOVII *principia iuris publici* I. R. G. praeterea hora iiii. *elementa sua iuris feudorum, tum provincialium, tum imperialium*, vberioribus suis commentationibus illustrabit. *Horis* denique *privatissimis HEINECCI elementa pandectarum* interpretabitur. *Inicium*, finitius nundinis Lipsiensibus, A. S. N. facturus.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) denuo auspicabitur *Ius Canonicum* ad b. DN. BÖHMERI *Institutiones Iuris Canonici*, hora ix. tradendum 2) *Pandectas* praeleget horis consuetis ad *compendium propediem ex valuis publicis indicandum*. 3) Ad b. DN. HEINECCI *Elementa Iuris Civis* secundum ordinem *Institutionum* hora xi. & 4) ad STRVVII *Elementa Iuris Feudalis* hora iiii. pomeridiana commentabitur.

5) Col-

5) Collegia Processualia elaboratoria civile, & 6) criminale concedet nomina ante collegiorum initium dantibus.

DANIEL NETTELBLADT docebit hora VIII-IX. ius feudale duce WOLFFIO in elementis iuris feudorum, & verumque systema suum commentationibus suis illustrabit, nimirum, *systema iurisprudentiae naturalis* hora IX-X. & *systema iurisprudentiae positivae* hora X-XI. & II-III. Aperiet quoque hora XI. scholas iuris publici secundum compendium Schmauffianum.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI Lectionibus Publicis Praxin Extemporaneam de *Affectibus fortuitis & tragicis* hora IX. d. Mercurii explicabit. *Privato* labore hor. Xma *Physiologiam* ita tractabit, ut rationalem & evidentem nexum Mechanismi & Organismi indicet. Hor. p. m. IIIda *Semiologiam*, cum usu pratico, finito Materiali Collegio, docebit.

IO. IVNCKER publicis lectionibus primum ad finem perducet lustrationem, quam in pharmaceuticis medicamentorum compositionibus haecenus instituit; deinde chirurgiae fundamenta explicabit. *Privatim* hora X. praecepta medicinae theoretica, hora vero XI. therapeutica tam generalia quam specialia exponet. *Privatissime* exercitationes clinicas consueto tempore cum prosectoribus continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus, diebus ac horis consuetis, commentabitur in SCHARANDAEI libellum, *de ratione visendi aegros*. *Privato studio* hora VII. matut. *Physiologiam & Dieteticam* explanabit; hora VIII. & X. manuductionem ad *Praxin specialem* tradet; hora XI. *facultates simplicium*, ex tribus naturae regnis desumptorum, exponet, & hora I. ad II. *methodum praescribendi formulas* demonstrabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, publice pathologiam generalem interpretabitur. *Privatim* vero chemiam theoretico practicam inchoabit, in quo collegio processus chemicos, medico scitu necessarios, praeparabit, deque remedium chemicorum usu & recta applicatione differet, horaque his collegiis destinatas more consueto e valuis publicis indicabit. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publicis in praelectionibus diebus Mercurii & Saturni duce B. HOFFMANNO praecipua therapiae generalis fundamenta exponet hora X. *Privato studio* hora IX. ad ductum Dispensatorii Borussiae Brandenburgici medicamentis simplicia & composita lustrabit: hora II. autem in compendium artis obstetricariae R. MANNINGHAM commentabitur, atque finitis laboribus anatomicis, collegium examinatorium anatomico-physiologicum incipiet.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS privatim hora XI. prioribus hebdomadae diebus doctrinam de textus Ebraei interfectionibus, posterioribus vero Syriacam N. Foederis versionem, post explicata eius linguae fundamenta ad ductum Syrisi sui, praeleget.

MICHAEL ALBERTI Doctrina publica Physico-Chymicam tractationem de *Sulphuris* aperiet.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER in publicis recitationibus *Anthropologiam* explanabit, privatim autem *Physicam dogmaticam* tradet, ac horas laboribus hisce destinandas finitis nundinis e loco consueto indicabit.

DANIEL STRAEHLER. Postquam quaedam vires ex Dei gratia benigne iterum datae & concessae sunt, pro quo divino beneficio Deo humiliter gratias ago, eadem etiam, quantum id fieri poterit, ad labores academicos impensurus sum, & propterea hoc semestri hor. II. pom. publice ex Mathesi pura Arithmetica & Geometria solide exponam. Lectiones vero Deo volente d. IV. Maii inchoaturus sum.

FRIDERICVS WIDEBVRG ab VIII-IX. *Iuris Publici Germanici Principia* solide & perspicue tradet ad ductum *Illustr. MASCOVII*: subiunget afroasisbus hisce ad *Capitulationem nouissimam* praelectiones, Iuris Publici cultoribus merito commendatissimas: a X-XI. *Historiam universalem*, notitiamque historicam pariter ac Politicam Europae regnorum & rerum publicarum, exhibebit ad vere pragmaticam PUFENDORFII introductionem: ab XI-XII. *historiam Imperii Germanici* ad STRUVIVM
omni

omni studio docebit, ac efficere conabitur, ut summam vtilitatem, in Iuris Publici scientiam inde redundantem, continuo experiantur auditores. *Eloquentiae Romanae* cultum hoc semestri priuatissimis institutionibus seruabit. Initium lectionum Deo propitio facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. 1v. Maii.

IO. HENR. CALLENBERG Historiam recenset *litterariam*, duce cel. HEVMANNI *Conspectu reipublicae litterariae*; nec cupidus proficiendi in linguis *orientalibus* suam denegabit operam.

IO. FRID. STIEBRITZ per semestre aestiuum hortorum vinearumque culturam, nec non rem pecuariam, vt & doctrinam de aedificiis oeconomicis, publice exponet. *Priuatim* hora 1x-x. *psalmos Dauidicos* atque *prophetas minores* ex fonte ebraico interpretabitur; hora x-xi. *fundamenta linguae ebraicae*, duce DANZIO, vna cum *accentuum* praeceptis, tradet; hora 11-111. *Logicam*, & hora 111-1v. *Metaphysicam*, praecente Perillustri L. B. de WOLFF, restaurabit: neque iis defuturus, qui priuatissimos labores desiderabunt.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. 1x-x. Ius Naturae KOEHLERI x-x1. *Mathesin puram* v-vi. *Logicam*, publice vero *Theologiam naturalem*.

EXTRAORDINARIAE.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM publice B. HEINECCII *Historiam iuris Romani & Germanici* explicabit: *priuatim* hora xi. v. c. MASCOVII *principia iuris publici*; hora 111. v. c. SCHMAVSSII *compendium Historiae Sacri Rom. Germ. Imperii*, & hora 1v. *librum suum: Einleitung zu den Geschichten der Europäischen Königreiche*, interpretabitur. Nec deerit iis, qui Collegium *Historiae Porussö-Brandenburgicae* desiderant.

D. HENR. BASS *Osteologiam* praeleget publice d. mercur. & saturn. hora x. *priuatim* Collegium *Operationum Chirurgicalium* auspicabitur hor. 111. & *Anatomi- am* cum vsu pathologico pertractabit hor. 11. *Lectionum* v. Maii erit initium.

IO. GOTTLÖB KRÜGER *physicam dogmatico-experimentalem* denuo auspicabitur. *Mathesin puram & applicatam* demonstrabit. *Physiologiam & pathologiam* tam *generalem*, quam *specialem* ad normam *institutionum pathologicarum*, quae possunt in officina *Hemmerdiana*, explicabit. *Horas* valvae publicae indicabunt.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI in hoc semestri aestiuo, b. c. d. *priuatim* diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris hora viii-ix. *Botanicam* praeleget, ita ut non tantum secundum *Tournefortium* methodum plantarum, sed & *anatomiam* plantarum indigenarum aequae ac *exoticarum*, rariorum sumtibusque comparatarum tradat, insimul explicans partes illarum officinales, praeparata in officinis nostratis possantia, partes constitutivas, modum agendi, vsum, cet. *Publice* die Saturni hora viii-ix. Collegium *repetitorium* plantarum, ante dictis diebus praemonstratarum, habebit; *Excursiones botanicas* hora 111. inchoabit. *Initium* erit die 1v. Maii a. c.


FRIDERICVS LEBERECHE SVPPIRIAN publice *pathologicas* lectiones proponet, *priuatim* vero BOERHAAVII *medicas* institutiones explicandas denuo auspicabitur ac denique *infantum* morbos ad B. SCHVLZII ductum tractabit. Harum *lectionum* initium e valuis significabit publicis.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF publice *vegetationem & fructificationem* plantarum demonstrabit; *priuatim* *Chemiam* *experimentalem* & *Botanicam* docebit. *Horas* his lectionibus destinatas e valuis publicis indicabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI *priuatim* *materiam medicam*, *physiologiam* & *pathologiam* tam *generalem* quam *specialem* & *therapiam* *specialem* docebit, publice vero in BOERHAAVII tractatum de viribus *medicamentorum* commentabitur. *Horas* his collegiis destinatas e valuis indicabit publicis.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS v. d. hor. x. *Oratoriam*, duce GOTTSCHEDIO incipiet; hor. xi. & 111. *collegia epistolica* strenue continuabit; praeterea *epistolographiam* denuo exordietur & per C. exempla *exercebit* horis cuique *Domino- rum Auditorum* aptissimis; quibus *occupationibus* superaddet *politicam* perill. Dni Cancellarii L. B. de WOLFF; nec vlli deerit, qui *carmina*, *orationes* & *epistolas* ab eo desiderabit.





(18)

INDEX LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI MDCCCL

OCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
IOANNE IOACHIMO LANGIO,
MATHEMATVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, NEC NON
ACADEMIAE CAESARAE NATVRAE CVRIOSORVM ET REGIAE
SCIENTIARVM PORVSS



P. P. die xxviii. Mai

Halae Magdeburgicae, typis

